SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt (u. a. Neustift), 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35497
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

sentis aptis deum nostrum et relinquamus omnia quoniam ut in amore nostro
nullum deus habeat socium. Quia sicut dicit beatus Augustinus. Amamus te domine
amat qui te tamen aliquid amat. qui non quia te amat. Et Bernardus. Tanto amplius
alienno amore se fugit. quanto in inferioribus delectatur. Secundo
2° producit scriptura adamandum deum
addeum adamandum non solum inducit nam et ipsa scriptura. quia sicut
dicit in libro de doctrina christiana. nihil aliud suspirit. quam caritatem
et nec aliud vetat. quam cupiditatem. Unde requisitus dominus quid
esset maximum mandatum in lege. ait. Diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo. ex tota anima tua. ex tota mente tua. et ex omnibus viribus
tuis. Hoc est magna lex et prima. Hoc est solum suspirit in lege et prophetis. Et
quid est hoc nunquid non sunt alia mandata. ubi ergo sunt decem decalogi
praecepta. audi actionem audi recessionem. Ego enim hoc dicit. Cum autem
sacra eloquia plena sint dominicis praceptis. quid est quod dilectione ac si de
singulari mandato dominus dicit. Hoc est praceptum meum. nisi quia amore
praceptum de sola dilectione est. et quod suspirat in sola caritate radicatur
Fructus arboris
Nec habet aliquid viriditatis ramus nisi opibus. si non manserit in radice cari
tatis. et addit praecepta ergo dominica multa sunt et varia. multa praeiusitatem
operibus. sed unum in radice dilectionis. Exemplum est in arbore. cui rami
inde sunt diversi. et multi. sed in radice sunt uniti aqua accipiunt ut sint
vivi et fructiferi. quia sine ea sunt mortui. Nullis aptis usibus nisi
igni. Sic et opera nostra et ea divina praecepta. si in caritate non fuerint
radicata. ea sunt nulla. quia nec deo possunt esse accepta. nisi fuerint
hoc igne excocta. Sunt enim omnia nostra membra inde assidentata sicut
pirra salvatica. vel domestica non matura. que sunt omnino inutilia
si non fuerint in igne digesta. et mediante calore admaturitate adducta.
Dicit ergo scriptura. Diliges dominum deum tuum toto corde. id est toto intell
ectu sine excessu. tota anima. id est tota voluntate sine odio. tota mente
id est tota memoria sine oblivione et omnibus viribus. id est totis opibus
sine affectibus sine omissione. O quam felix esset. qui sic deum
amaret. ut in nullo de eo excaret. vel falsum quid de eo sentiret
in nullo ei voluntate contradiceret. sed voluntati divine semper assentiret
Semper eum in memoria haberet et de ipso iugi memoria cogi
taret. et nec degentibus adservitium ipsius obmitteret. sed omnes